

JURISPRUDENCIA CANONICA

LAS SENTENCIAS DE LA ROTA ROMANA EN 1953

Según el sistema iniciado en el tomo anterior de esta Revista de Derecho canónico recogeremos algunos principios más interesantes de las sentencias —son en total 126 que en su mayoría versan sobre distintos capítulos de nulidad matrimonial— publicadas en este último volumen Rotal¹; principios que glosaremos con sencillos comentarios.

A) *Sobre cuestiones procesales.*

I. La sentencia "Nullitatis matrimonii" c. Bonet del día 23 de mayo de 1953 dec. 58, pág. 374, n. 4) afirma: "...omnino illicite procederet iudex qui, lite pendente, novam instantiam instaurare auderet admissione novi libelli, nec non nova contestatione litis pro exercitio eiusdem actionis; inmo in tali hypothesi Vinculi Tutor sese opponere deberet innovationi; tamen, si de facto consentiret illicite agendo, attentatum non haberetur ac proinde causae acta denuo habita valida essent, quamvis illicita et suspecta, prout praescripto can. 1786 adversantia. Etiam sententia lata post istum processum valida esset, dummodo et elementa substantialia processus haberentur scl. legitima citatio, obiectum iudicii definitum, necnon probationes, ex quibus iudex certitudinem ad definiendam quaestionem necessariam haurire posset. Hinc dicendum est etiam dubium propositum mutatum non censi, si priori libello inmutationes adiunguntur, de quibus in can. 1731, 1, praesertim si, quamvis illicite, nova citatio novaque contestatio litis habita est. Tamen haec sententia et illicita esset, et non iusta, si priora acta causae non consideraret, ac proinde impugnari posset; quae impugnatio haberetur sive remedio ordinario appellationis, sive remedio extraordinario restitutionis in integrum pro causis quae transeunt in rem iudicatam, vel nova retractatione ad normam can. 1903 pro causis quae in rem iudicatam non transeunt. Qua validitate sententiae in primo gradu statuta, si ab ipsa appellaretur, valida etiam dici deberet appellationis sententia, teiamsi acta causae prima ignoraret, dummodo elementa substantialia de quibus supra haberentur; attamen adversus eam absdummodo elementa substantialia de quibus supra haberentur; attamen adversus eam absque dubio recurrere liceret, eodem modo ac dictum est de sententia primi gradus".

¹ *Tribunal Apostolicum Sacrae Romanae Rotae*, decisiones seu sententiae selectae inter eas quae anno 1953 prodierunt cura eiusdem Apostolici Tribunalis editae (Vol. XLV, Typis Polyglottis Vaticanis, 1963).